

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Vtrum debeat dici solus pater est Deus, vel solus filius est Deus, vel solus
spiritus sanctus est Deus: an pater est solus Deus, filius est solus Deus
spiritus sanctus est solus Deus. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Solum Deum patrem dicimus, non quia separatur a filio, vel a spiritu sancto: sed hoc dicentes significamus quia illi simul cum eo non sunt pater. Solus enim pater, pater est. Quod non dicitur quia ipse sit solus, id est, sine filio, vel spiritu S. sed per hoc filius, vel spiritus S. a paternitatis consortio excluduntur. Ita & cū dicitur, solus filius filius est, vel solus spiritus S. est spiritus S. non dividitur filius a patre, vel spiritus sanctus ab utroque; sed a consortio filialis proprietatis excluduntur pater & spiritus S. & a consortio processibilis proprietatis pater & filius. Cum ergo dicitur, tantus est solus pater, quantum simul illi tres, per hoc quod dicitur *In princip. ca. 8. lib. 6.* solus, non separatur pater ab aliis: sed hic est sensus. solus pater, id est, pater qui ita pater est, quod nec filius, nec spiritus sanctus, tantus est, &c. Similiter intelligi cum dicitur, solus est filius, vel solus est spiritus S. Solus ergo pater dicitur, ut ait *August. in Aug. in eodem, quia non nisi ipse ibi pater est: & princip. ca. 9 eiusdem libr. 6.* solus filius, quia non nisi ipse ibi filius est: & solus spiritus S. quia non nisi ipse ibi spiritus sanctus est.

*Vtrum possit dici, solus pater est Deus, solus filius est Deus,
vel solus spiritus est Deus: vel pater est solus Deus, vel
spiritus sanctus est solus Deus.*

POST haec queritur, vtrum sicut dicitur, solus pater est pater, vel solus filius est filius, ita possit dici, solus pater est Deus, vel solus filius est Deus, ita & de spiritu S. Aut pater est solus Deus, filius est solus Deus. Ad quod dicimus, quia pater & filius & spiritus S. dicitur, & est unus Deus: & haec Trinitas simul propriè dicitur esse solus Deus, sicut solus sapientia & solus potens. Sed non videtur debere dici a nobis, verbis nostris utib⁹, nisi ubi sermo auctoritatis occurrit. solus pater est Deus, vel pater est solus Deus, ita de filio & spir. S. dicim⁹: Vnde Aug. in 7. li. *ca. 9. lib. 6.* de Trin. ait: *Quoniam ostendimus quomodo pos- continuo-
set*

ad Tr. 6. d.

Cap. 9. lib. 6.

in princip.

Aug. ibid.

ca. 9. lib. 6.

continuo.

set

set dici solus pater vel solus filius, considerādā est illa sentētia qua dicitur: Nō esse solum patrē Deū verum solū, sed patrem & filium & Sp. S. Ecce habes, quia non solus pater dicēdus est esse v^en^o Deū. Item in eod. Si quis interrogat vtrum pater solus sit Deus, quomodo respondebimus non esse: nisi forte dicamus, ita esse quidem patrem Deum, sed non eum esse soluin Deum. Est autē solum Deū dicamus patrē & filium & spiritum S. Ecce & hic habes, quia pater non debet dici solus Deus, atq; hic solum in parte subiecti tantū accipere quidā volunt: in parte verò prēdicari si sit, concēdunt q; pater est solus Deus. Sed ex verbis Augustini vide tur ostendi, quod proprie solus Deus dici debeat tota Trinitas. Et hæc Trinitas, vt ait August. contra Maxim. intelligitur cum Apostolus dicit: Beatus & solus potens, & ibi: Soli sapienti Deo. & ibi: Inuisibili soli Deo. Non n. de solo patre hæc accipienda sunt, vt contendebat Maximinus & alii hæretici, sed de Trinitatē. Sicut & illud: Solus habet immortalitatē: quia secundum rectam fidēi ipsa Trinitas est vnuus solus Deus, beatus, potens, sapiens, inuisibilis. Vnde August. in eod. Cum vnuus Deus sit Trinitas, hæc sit nobis solutio questiohis, vt intelligamus solum DEVUM sapientem, solum potentem, patrem & filium & spirituum sanctum, qui est vnuus & solus Deus.

Quomodo dicitur Trinitas solus Deus, cum ipsa sit cum spiritibus & animabus sanctis.

SED iterū queritur, quomodo ipsam Trinitatē dicimus solum Deum, cum sit cum spiritibus & animabus sanctis. Ad quod respondet August. in 6.lib.de Trinit.dicens: Trintatem dicimus Deum solum, quamvis semper sit cum spiritibus & animabus sanctis: sed solum dicimus, quia non aliud quam ipsa Trinitas Deus est. Non enim illi, cū illa Deus

*Aug. cap. 9.
li. 3. in priu-
cipio cōtra
Maximinū
Hæreticum
tom. 6.*

*Ad principiū
li. 3. ontra
eundem
Maximinū
num.*

*Cap. 7. in fi-
ne.*

Deu-
non
Et
V
dict
vel
de fi
mo
ritua
lius,
insep
pate
trem
Iesu
(inq
sequ
ter &
etia
no et
gunt
curr

D E

P
n
nita
mon
tur.
nom
vt ai
dicu
sign